Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ulla de illa assumpta carne transisse. Negat etiam resur
rectionem carnis solum per xpm spm et animam salutem accipere affir
mans xiii. Sopa trinitudinis.
Seuandiani hoc a ualentinianis distare dicuntur: quod addunt
tolomeus quoque discipulus ualentini heresim nouam cuidem cupiens
iiii. eonas et alias iiii. asserere maluit. xiiii.
Marcus etiam nescio qui heresim condidit negans resurrectionem
carnis et xpm non uere sed putatiue passum esse asseuerans duo
quoque opinatus est aduersa sibi esse principia. quidam tale de omnibus
quale ualentinus affirmans. xv.
Cholorbassus secutus est istos non multum aliter sentiens uitam omnium
hominum et generationem in vii. syderibus consistere affirmans xvi.
Heraclionite ab heraclione discipulo superiorum duo asserunt principia
unum ex altero et ex his duobus alia plurima. Ferunt autem suos mo
rientes nouo modo quasi redimere. i. per oleum balsamum et aquam. et inuoca
tionibus quas hebraicis uerbis dicunt super capita eorum. xvii.
Ophite a colubro nominati sunt. coluber enim grece ophis dicitur.
hunc autem xpm arbitrantur sed habent etiam uerum colubrum
assuetum eorum panes lambere. atque ita eis uelut eucharistiam
sanctificare. Quidam dicunt istos ophitas ex nicolaitis siue gnos
ticis extitisse. et per eorum fabulosa figmenta ad colubrum colen
dum fuisse peruentum. xviii.
Cainani propterea sic sunt appellati quomodo cain honorant dicentes
eum fortissime esse uirtutis. simul et iudam traditorem diuinum
aliquid putant. et scelus eius beneficium deputant. asserentes